



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Praxis Et Brevis Declaratio Viæ Spiritvalis**

**Palma, Luis de la**

**Antverpiae, 1634**

Materia examinis particularis circa defectus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60472](#)

vel illum defectum commiserunt.

Conferet ad praxim, ponere exempla particularia in singulis tribus materiis iam designatis, ut videbitur in catalogo sequenti.

*Materia examinis particularis circa  
defectus.*

**G**VLA. Primò, Foris, aut extra tempora, aut sine licentiâ non comedere. Secundò, Delicatiora, aut particularia sine euidenti necessitate non admittere. Tertiò, Non sinere se abripi gustu & suauitate ciborum, inter comedendum cogitationem ad aliam rem indifferentem diuertendo.

**CONCUPISCENTIA.** Primò, Nihil habere, nisi cuius apud omnes communis sit usus. Secundò, Non habere nisi præcisè necessaria, quibusque carere nequeas. Tertiò, Non esse pertinacem aut importunum in petendo. Quartò, Nihil eligere, sed acceptare quod datur, paratum esse ad vilissima.

**CASTITAS.**

**C**ASTITAS. Primò, Oculos , manus & aures custodire, & abstinere ab omni quod ad malum incitare potest . Secundò , Silentium seruare , & maximè in verbis mollibus & illectiuis. Tertiò , Sibi cauere à conuersatione familiari ,secretâ, periculosâ , amicitiis particularibus , & personis suspectis . Quartò, Sollicitum esse, vt cogitationes sint puræ in conspectu Dei.

**I**RA. Primò , In verba iniuriosa & amara non prorumpere . Secundò , Non altè loqui aut vociferari. Tertiò , Non conqueri , aut minari. Quartò , Iræ motus comprimere , non permitendo se abripi suspicionibus , detractionibus , aut vindictâ.

**L**INGVA. Primò , Non loqui extra tempora , nec de rebus inutilibus , non contendere , nec altè loqui. Secundò , Non lædere famam absentis . Tertiò , Dictis aculeatis non pungere præsentes. Quartò, Non miscere sales & lepores minus vrbanos.

**SUPERBIA & VANA GLORIA.** Primò,

mò , Se non laudare , nec de se suif-  
qué rebus loqui ; nec velle innotesce-  
re, si charitas & obedientia hoc non  
imperent . Secundò , Suos defectus  
non excusare . Tertiò , Nec directè  
nec indirectè honorifica prætendere,  
sed sui obliuisci , séque committere a-  
lienæ dispositioni . Quartò , Sine morâ  
cogitationibus vanis occurrere .

M O D E S T I A . Non agitare leuiter  
caput ; manus seruare quietas ; non  
corrugare frontem aut nasum ; in ca-  
chinos non prorumpere ; pileum re-  
liquumque vestitum habere decenter  
composita .

*Circa Exercitia spiritualia.*

P Rimum , Fecisse distributionem  
temporis in rebus quę meo arbitrio  
relinquuntur, eamq; exactè seruare . Se-  
cundum , Omnia Exercitia spiritualia ,  
quantum fieri poterit, suis horis facere .  
Tertium , Seruare in illis accurate ad-  
ditiones & instructiones , &c .

Quoad